



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

tio de reuocatione facultatis absolueudi, non verò de dispensatione; & ideo cum sint res distincte, non est facienda extensio de vna ad aliam, vt obseruat Bonacin. de Censur. disp. 7. q. 3. p. 7. num. 14: vbi etiam dicit, Episcopum posse in tali casu dispensare tam circa vsum ordinum susceptorum, quam circa suspensionem ipsorum ordinum, quãdiu delictum est occultum: obtentam tamen prius à Summo Pontifice absolutionem ab excommunicatione, Dian. par. 7. tr. 2. ref. 251

Notandum tamen est, quod quæcunque gratia facta hæreticis, vel de hæresi suspectis, vel hæresim abiurantibus nunquam se extendit ad potestatem audiendi cõfessiones secularium. ex Decreto Pauli IV. apud Barbof. loco cit.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus absolvere potest ab excommunicatione percussorem clericum, quando percussio est leuis
- 2 Quæ dicatur leuis, & quæ grauis percussio.
- 3 Iniuria, quæ ex se sunt leuis, aliquando ex circumstantijs graues fiunt.
- 4 An Episcopus absolvere possit Iudicem laicum, vel eius Apparitores percutientes clericum.
- 5 Iudex laicus remittens clericum ad Iudicem ecclesiasticum cum ignominia, incidit in excommunicationem cap. si quis suadente.
- 6 In dubio percussio, seu iniu-

ria censenda est grauis.

- 7 An Superiores regulares absolvere possint suos subditos ab huiusmodi excommunicatione.
- 8 Moniales ab Episcopo absoluntur, etiam si percussio sit grauis.
- 9 An Prælati Episcopis inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem possint ab hac excommunicatione absolvere.
- 10 Percussio, quæ in se est grauis, aliquando fit leuis ad effectum vt Episcopus possit absolvere, & in quibus casibus id procedat.
- 11 An iniuria, quæ in se est leuis, fiat grauis ratione loci publici.
- 12 An Episcopus possit absolvere ab excommunicatione huiusmodi contracta ab percussione grauem, quando delictum est occultum.
- 13 An possit Iudex eiusmodi absolutionem acceptare pro foro externo.
- 14 An publicus Clericus percussor sit statim vitandus ante sententiam.
- 15 An à sententia declaratoria excommunicationis detur appellatio quoad effectum suspensionis.
- 16 An si excommunicatus ante declaratoriam compareat humiliter petens absolutionem, sit statim absolendus.
- 17 Quid seruandum sit, si excommunicatus esset absolendus à Papa.